tempore quodam dicebant
ad illum: Domine cur non faci-
tis sicut ceteri principes et
nobiles? Raro ergo potestis
cum domina nostra et iuven-
tuti vestre difficile est conti-
nere, quare ergo puellis non
vtimini? Et tacuit ille. Quod
verbum cum aliquo tempore
repeterent, commotus respon-
dit: Vos domini sicut diligi-
tis graciam meam, cauete ne
de cetero faciatis mihi men-
cionem huius verbi, vxorem
habeo cui fidem seruare teneor.
Qui beatus in signum sue
magne deuocionis in castro
Ysennache per clericos tra-
dicionem saluatoris passi-
onem et mortem, ac si eas
oculis presencialiter intuere-
tur, presentari fecit ejusdem
ludi omnes expensas soluens
sicut ab illis didici, qui pre-
sentes erant. Qui eodem tem-
pore in expedicione contra
Damiatam cruce signatus
ad subsidium terre sancte pro-
fectus in seruicio saluatoris
diem clausit extremum in
manus domini deuotum com-
mendans spiritum.